Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26464
Copyright: Admont, Benediktinerstift

re non possumus. saltem pro nobis orante martino
mereamur. Sed quid te frater diutius occupo epis
tola tam loquaci demororque venturum? si
mul iam pagina impleta non recipit. Mihi
tamen fuit hec ratio sermonis istius longius
proferendi: ut quia doloris nuncium epistola de
ferebat: eadem tibi et ex quadam nostri confabulati
one prestaret carta solatium. Severus

Sulpicius Severus ad socrum.

Severus bassule parenti venerabili
salutem. Si parentes vocare in ius lice
ret: te plane expilationis furtique reatu
ad pretoris tribunal iusto labore traherem
met. Quid enim? Non conquerar quam a te pa
tiar iniuriam? Nullam mihi domi cartulam.
nullum libellum. nullam epistolam reliquisti:
ita omnia furaris. ita universa divulgas:
si quid ad amicum familiariter scripsi. si quid
forte dum ludimus quod vellem tamen occultum esse
dictavi: omnia ad te prius pene quam fuerint
scripta aut dictata pervenerunt. Nimi